NICOLAI WILH. DRESSELII
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
IN ACADEMIA IENENSI

EXERCITATIO IVRIDICA DE ADVOCATIS, EORVMQVE NVMERO RESTRINGENDO.

Von Sachwaltern und Einschränckung deren Vielheit.



IENAE,
APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERVM,
1746.



I. N. D. I. C. A.

CAP. I.

DE ADVOCATIS IN GENERE, EORVMQVE LAVDABILI OFFICIO AC NECESSITATE.

§. I.

Cum de Aduocatorum reſtringendo numero iam animus ſit differendi, operae pretium me facturum eſſe cenſeo, de officio ſummi Imperantis in adminiſtranda iuſtitia, prius in aream ſi quid producam. Auro igitur certe cedroque digno aeſtimanda arbitror Politicorum Principis, LIPSII *II. Polit. X. verba: Iuſtitia ſtabilitur principatus, ſi nempe magiſtratus in ſe, inque aliis firmiter ius & aequitatem ſeruare ſtudet;* Nullo enim alio modo rempublicam a latrociniis vitiorum ſartam poſſe ſeruari tectamque, nemo eſt, qui inficias ire audebit. Album quoque quiſnam eſſet, qui nobis denegaturus calculum, non ſolum propter metum ſanciendas & cuſtodiendas eſſe leges, vt iis pareamus, Prooemium.

ſed quoque colendas eſſe, quia maxime ſalutares. CICER. *parad. V.* ne intercedat opulentis obtrectatio, nec pauperes opprimantur, ſeu eorum modo ſcintillantes facultates penitus ſimul cum fama extinguantur. Virtus haec eſt & vera regnandi prudentia, quae vniuerſam & non vitiatam politices ſcientiam fundamento habet; ſine qua nihil in imperii laudabile efficitur adminiſtratione. CIC. *III. offic.* Haec, inquam, eſt virtus, quae Traianum iuſtitiae ac iuris diuini humanique tam repertorem noui, quam inueterati cuſtodem, nominis perpetua celebritate mactauit. Haec Ariſtidem euexit, & populum Romanum in ſummum eleuauit apicem fortunae & gloriae. Quod enim nauclerus in naui, quod pater in familia, quod ſol in coelo, id Principem nouarum legumlatorem, veterumque cuſtodem eſſe, quis eſt, qui ignorat? IANSON. *Libr. VI. Mercurii Gallo-Belgic. pag. 515.* Quod ipſe iuris Roman. reſtaurator, Diuus Iuſtinianus non erubuit fateri, *prooem. Inſtitut. princip.* militiam togatam, ſi non praeferenda ſagatae, tamen aequiparandam eſſe. Et ne extra oleas vagare videar, id ſolummodo apponam, Aegyptios olim adeo Iuſtitiae ſtudioſos fuiſſe legislatores, vt Conſtitutiones ſuas decantari curauerint, eumque in finem, ut Reges non ſolum, ſed etiam ſubditi eas memoriae firmiter imprimerent; cui praefecerunt ſecerdotes officio, a quo Cantores quoque vocati, NICOL. *in Synedr. Aegypt. c. II.* Quemadmodum igitur nulla fere gens reperta, nec etiam hodie reperiri poterit, quae non ordinarium ſuum habeat magiſtratum, ſuumque tribunal; ſic etiam multos apud populos in iudiciis

ordi-

ordinatae & constitutae sunt personae, quas Aduocatos vocamus, eum in finem, vt imperitis iuris oraculorum litigantibus suo patricinio adsistant, ambigua fata causarum dirimant, suae defensionis viribus, gloriosae vocis munimine confisi, in rebus saepe publicis ac priuatis lapsa erigant, atque laborantium spem, vitam & posteros conseruent, *L. XIV. C. de Aduoc. Diu. Iudic.* Qua multis numeris laudanda opera immortalis gloriae laudem sibi perant. Et historiarum monumenta referunt rarissimum, quo ingenuus Aduocatus fuit affectus, praemium. Fuit nimirum in Britannia minore quidam presbyter IVO, vitae sanctitate celebris, sed eo celebrior factus, quod omnium viduarum, pupillorum, & pauperum caussas defendendas susciperet & gratis iudicia exerceret. Erat enim & SS. Theologiae, & Iuris vtriusque scientia clarissimus; Vnde cum tanta cura & sedulitate miserabilium personarum patrocinium ageret, merito toto fere terrarum orbe, Aduocati pauperum nomen atque encomium promeruit, Aduocatorumque Princeps reputatus est. Imo adscriptus est Diuorum catalogo, VNVS E NVMERO ADVOCATORVM, cum de nullo alio ex illo ordine, in nummerum Sanctorum relatum beatumue constet, a Clemente VI. Roman. Pontif. anno 1348. d. 19. May. vid. SVRIVS, BARONIVS & ALII *in martyrolog.*

§. II.

Advocati vocabulum natales suos debere, quidam statuunt, Germanorum illi Voigt, inclinato a verbo vögen oder fügen, quod hodie corruptum est & hegen dicitur, i. e. fouore, tueri. Sed vaca- **Aduocati Etymologia.**

bulum priscae latinitatis e Germanorum lingua deriuationem accipere, haut potest. Potius ergo Aduocati nomen natum esse putamus *ab aduocando*, quia Patronum aduocamus, vt litem nostram agat, nobisque ope consilioue adsit, ac in iudicio contra aduersarii tela, iudicisque iniquitatem, si ea abripiatur, tutos nos praestet atque securos. Sic *inuocamus* iudicem, *vocamus* aduersarium, *euocamus* testes PEREZ *ad Cod. Tit. de Aduoc. Diuers. Iudic. num. X.* Non absimilis est huic, quam deriuationem adducit Lambardus, Aduocatum ab *aduocando*, i. e. *rem factam agnoscendo, inque sese suscipiendo*, deducens. Verba eius sunt haec: *Erat in more positum*, inquit, *vt si quis rem furto surreptam mercatus, eandem alteri vendidisset, atque is porro rem illam cuiquam alienasset, ideinque alii fecissent praeterea plures, omnino tamen per leges liceret, rem suam, cuiuis deprehensam suo sibi iure vindicare. Tum vero eius, penes quem res erat deprehensa, partes erant, venditorem proferre, causaeque illum aduocare, vt is venditionem praestaret atque in se reciperet. Is demum causae Aduocatus, alium citabat aliquem, atque ita alio alium aduocante, in ipsum tandem furti autorem culpa transferebatur.* Id ipsum Franci veteres dicebant, *voucher à garantie*, quod idem est, ac *appeller son garant:* vid. CARL DV FRESNE. *In Glossar. voc. aduocare.* Verum haec inclinatio Lambardi non ad omnes Aduocatos pertinet, vt ipsa eius verba sat clare & perspicue indigitant.

§. III.

Aduocati Homonymia.

Quod nunc ad Aduocati homonymiam attinet, deprehendimus olim dictos fuisse Aduocatos, quicunque amico praesentiam sui accommodarent, vt

A 2 testes,

testes, PLAVT. *in Poenul. Act. III. Scen. III. & passim.* CICERO *pro Cluent.* & TERTVLLIAN. *de Idololatr. Cap. XXIII. in fin.* Dicebantur porro Aduocati, qui alicui ius suggerebant, TERENTIVS *in Phorm. Act. II. Sc. IV.* ibique DONATVS *in Comment.* DONELLVS *Comment. L. XVIII. C. III.* ibique HILLIGER. quales etiam sunt, quos hodie Aduocatos appellamus. *Ordinat. Camer. P. I. Tit. XIX.* §. *item* nachdem sich. *Recess. Imper. de Anno 1556.* §. Und demnach. *XXVII.* & §. Dieweil auch *XXIX.* vti pluribus postea. Recentiori loquendi modo etiam Aduocati vocantur Protectores, Schutz und Schirm-Herrn, hinc ius Aduocatiae, Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit. consule MAGERVM *de Aduocatia Armata.* Sic imperator noster est Aduocatus Ecclesiae Romanae, vt est notissimum, cuius officii originem inquirit atque dilucide sistit LEHMANN. *in Chron. Spirens. L. II. C. XL.* Sane alio sensu Imperatores Aduocati Ecclesiae vocabantur vsque ad tempora Henrici IV. alio post. Nam antea haec Aduocatia erat cum commodo coniuncta, vt Papae essent Imperatorum Clientes, horumque consensu eligerentur; postea vero, turbato ordine, Imperatores, quasi Vasalli, Pontificibus fidelitatis iuramentum praestare tenebantur. vid. omnino PVFENDORF. Geistl. *Monarchie* §. 26. *seq.* ibique THOMAS. *in Schol.* In nostra dissertatione accipimus Aduocatum, non tantum pro eo, qui ius alicui suggerit, sed etiam pro eo, qui negotia in foro perorat, *L. XI. C. de Advoc. Divers. Iudic.*

§. IV.

In hoc sensu Aduocati variis nominibus insigniuntur. Dicuntur enim I. Causidici, *L. II. & XVII.* Aduocati Synonymia.

§. I. de Aduoc. Diuerſ. Iudic. Graece Δικόλογοι, *L. XIIX. eod.* II. Oratores. *L. XXXIII. §. 1. in fin. C. de Epiſc. & Cler.* III. Patroni cauſarum vel litium, *L. IV. C. de poſtul. L. VII. §. 2. C. de Aduoc. Diuerſ. Iudicum.* IV. Rhetores, Ῥήτορες, *L. III. §. 9. C. de V. I. E.* V. Scholaſtici. *L. II. C. de Lucr. Aduoc. ibique* CVIACIVS. VI. Συνήγοροι, *L. vlt. C. de Aduoc. Diuerſ. Iud.* VII. Togati, Togati ampliſſimi &c. *L. III. V. VI. & paſſim. C. de Aduoc. Diuerſ. Iud. Conſt. de Nou. Cod. fac. §. 1.* MEIER. *Colleg. Argent. Tit. de Poſtul. §. XIX.* Germanice adpellantur Rechtliche Beyſtände, Rathgeber, Sachverwalter, Beſchirmer, Vertreter, Worthalter, Mundwalter ꝛc. Sed quanquam nobis Germanis merito poſſit turpe duci, quod linguam vernaculam, quae adeo ſingulare in ſe continet πάθος, vt multis aliis anteferri poſſit, non erubuimus poſtponere, & loco: ein rechtlicher Beyſtand, oder Vorſprach, vocabulo: ein Aduocat, frequentius vti; non inepte tamen cenſura nos liberat SCHOTTEL von der Teutſchen Sprach. *Lib. II. Cap. VII.* vbi haec habet: Ob man wohl dieſe Wörter zu geben vermöchte, ſo will es doch deßhalben nicht nöthig ſeyn, weil ſie überall bekannt, und meiſtentheils Teutſche Art an ſich genommen, auch wohl deutlich und zierlich ohne Beſchimpffung der Teutſchen Sprache zu gebrauchen ſeyn. Es iſt auch keine Sprache von ſolcher Zärtlichkeit, daß ihr eben alle Wörter ſo unleidſam und eckel ſeyn müſſen. Es kan auch ob rerum humanarum tranſitus & nouitates indeque dependentia negotia offt nicht anders ſeyn, es muß ein fremdes mit einem fremden oder neuen Wort benamſet werden.

§. V.

§. V.

Iam progressum facimus ad Aduocati definitionem. Est itaque Aduocatus, (vt eum definit BOVRICIVS *de Aduoc. C. II.*) qui in iudicio apud eum, qui iurisdictioni praeest, causis agendis vacat, operamque nauat, atque praesentiam suam vocatus commodat. vid. *Cap. Dilect. X. de Dol. & Contum.* Plenior definitio haec est: Aduocatus est persona aliis in negotiis iustis vel vere vel apparenter talibus, amicis & litigiosis adsistens, illaque ita dirigens, ne lites exinde vel damna clienti enascantur, atque eorum iustitiam, ex fundamento iuris, secundum iudiciorum ordinem luculenter, sed breuiter iudici ostendens, & machinis aduersarii legitimis mediis se opponens, CONSVLT. PRAESES *in Commentar.* ad SCHOEPF. *Tit. de Postul. num. II.* Quodsi hasce definitiones in examine logices rigoroso non satis probatas arbitreris, pro nostra defensione descriptiones appellare eas poteris. Aduocati definitio

§. VI.

Cauendum autem, ne hanc definitionem quoque ad Procuratores stricte sic dictos trahamus. Hos enim ab Aduocatis quam maxime discrepare, tralatitium est, BERLICH. *Part. I Concl. IX. num. 12.* CARPZ. *Dec. CCII. n. 9.* Sunt procuratores, qui aliena negotia mandato domini administrant. *L. I. de Procur.* Totam ergo causam in se suscipiunt *Procuratores*, qui etiam mandatari adpellari in praxi consueuerunt, quamobrem totius litis seu processus dicuntur domini, cuius fatalia stricte obseruare & scripta in iudicio debito tempore exhibere, omniaque ad causam pertinentia procurare tenentur, Differentiae inter Procuratores & Aduocatos.

vnde

vnde Cor Aduocatorum, vt Aduocati Os Procuratorum, adpellantur. *Aduocati* vero in iure instruunt, & in hoc vel illo termino pro praesente verba faciunt. In multis quidem locis Aduocati simul Procuratorum munere funguntur; in multis tamen aliis adhuc accurate haec officia secernuntur, v. g. in Curia Suprema Lipsiensi, in Camera Imperiali, & alibi. Imo vbi in vna persona & Aduocati & Procuratoris munus potest concurrere, opus tamen est, vt illa duplici iureiurando adstringatur, ne contra LL. & conscientiam agat vt Aduocatus, & ne violet iura sauciamque reddat conscientiam vt Procurator. Ceterum de iure Romano Aduocati salarium peculio quasi castrensi accensetur, *L. IV. C. de Aduoc. diuers. Iud.* Procuratoris non item. Sed haec differentia in Procuratoribus summorum Tribunalium hodie cessat, quippe qui eandem fere cum Aduocatis dignitatem habent, vnde etiam alia priuilegia, quibus ratione salarii gaudent Aduocati, ad tales Procuratores erunt hodie applicanda, vid. BACCHOV. *ad Treutl. disputat. IX. Th. vlt. Lit. D.* BRVNNEMAN. *ad c. L. IV.* Deinde hodie Procuratorum quoque, licet non in omnibus iudiciis, munus publicum esse, notum est, STRYK. *Vs. Mod. Tit. de Procur. 19. 20. 21.* GAIL. *L. I. O. XLIII.* Quod denique ad illam differentiam attinet, quam nonnulli ex *§. fin. I. de except.* colligunt, ea nec in *dicto* §. nec vllibi alibi in iure Romano fundatur, multo minus hodie consideratur.

§. VII.

Aduocatorum diuisiones.

Vt igitur quoduis genus dispositione gaudet partium suarum, sic Aduocati quoque varie dispescun-

ſcuntur. Generice enim diuidendi in *Togatos* & *Armatos*, *vid. quae diximus ſupra* §. III. *Togati*, de quibus hic agimus, ſunt vel *Aduocati Fiſci* vel *Priuati*. Illi ſunt, qui cauſas Fiſci; hi autem, qui priuatorum lites in ſe ſuſcipiunt. De quibus prioribus praeſertim obſeruanda venit eorum *conſtitutio* & *munus*. In conſtitutione eſt, vt huius aduocaturae Candidati qualitas conſideretur, quo refertur Iure Romano, vt per ſtatuta a LL. tempora eruditioni legum noſcatur inhaeſiſſe, *L. V. §. 4. C. de Aduoc. diuerſ. iudicum.* Munus vero in eo eſt, ne occultet, fiſcalia commoda, ſed potius ea quouis modo promouere ſtudeat, *L. III. C. de Aduoc. Fiſci.* Ne Fiſci nomine priuatos calumniis vexet, *c. L. III. & L. I. C. de Lucr. Aduoc.* Ne patrocinium praeſtet contra ipſum Fiſcum, *L. I. C. de Aduoc. Fiſc.* Finitur eius officium ſecundum Romanorum placita biennii lapſu, *L. XII. C. de Adu. diu. ind.* Cetera Aduocati Fiſci & Priuati ita ſunt diſterminati: *Illis* certum ſalarium a Fiſco vel Principe conſtitui ſolet, quorum ordini etiam annumerandi, die Cammer-Aduocaten, Cammer-Conſulenten, ꝛc. *Hi* vero de honorariis, quae a clientibus accipiunt, vnice vitam ſuſtinere debent. *Illis* non incumbit praeſtatio iuramenti calumniae, bene tamen *his*. GAILIVS *L. I O. XC. n 4. & Receſſus Imperii de anno 1654.* §. über dieſes. *Illi* beneficium immunitatis a tutela habent, non autem *hi. §. 1. I. de Excuſ. Tutel.* & CONSVLTISS. PRAESES *in Comment. ad Schoepff. Synopſ. Tit. de poſtul. num. 4.* Aduocati priuati ſubdiuidendi ſunt in *Ordinarios*, i. e. qui in album Aduocatorum transſcripti, vel eorum numerum recepti, *& non Ordinarios*, i. e. qui in eorum numerum aſſumti non ſunt.

Qui autem ſint effectus huius diuiſionis, ex locorum addiſcendum conſuetudinibus. STRYK. *in Vſ. Mod. eod. t. §. 4.* Saepius homines modo tantum titulo Aduocati ordinarii delectantur, licet omni vitulo, niſi eum in iure praecedentiae quaeras, alias careant. Hoc notandum, poſtulandi licentiam in plerisque iudiciis adeo reſtrictam eſſe, vt nec maiorennes, licet iurium peritiſſimi, in ſua cauſa poſtulare poſſint, niſi ordinario Aduocatorum numero adſcripti, & iuramento ſpeciali Aduocatis praeſcripto, conſtricti, de omni calumnia praecauenda, & cauſis ad iuſtitiae regulas perorandis. Quae praxis vbiuis locorum obtinet, vbi ordinarii Aduocati ſunt conſtituti; vbi vero fora patent omnibus, qui iuriſperitia inſtructi, ibi poſtulandi licentia quoque in propriis cauſis pateat, prona ſequitur conſequentia. STRYK. *cit. loc.* Tandem in bene conſtitutis iudiciis eſt certa Aduocatorum ſpecies, ſcilicet ad lites pauperum dirimendas qui ſunt ordinati. Hi ſalarium ex fiſci opibus accipiunt. COLER. *de Proceſſ. Execut. Part. I. Cap. II. num. 121.* VENTVR. DE VALENT. *in Parthen. Litigioſ. Lib. II. Cap. IX. num. 25.* quod & in Elect. Sax. *Ordinationes Curiarum Prouincial. Lipſ. de anno 1549. Tit.* Eid des *Aduocaten* der Armen, & *Appellation. Tit.* von den *Aduocaten* der Armen, CARPZOV. *in Proceſſ. Tit. XII. Art. V. num. 52. ſeqq.* Quibus vero in locis ſpecifice Aduocati pauperum ſtatuti non reperiuntur, ibi omnes alii Aduocati ex officio tenentur, atque coguntur ad defendendas pauperum cauſas, ni velint ab omni praxi arceri atque excludi, *Lib. VII. C. de Poſtul.* Nam ferendum non eſt, pauperes opprimi & indefenſos relinqui, SCHROETER *Caſ. conſcient. I.*

Gau-

Gaudent autem tum demum Iri Socii hocce beneficio, si paupertatem suam probauerint, ad quod faciendum interdum sufficit attestatum Magistratus domicilii, RIVIN. *ad Ord. Proc. Saxon. Tit. I. Ennuc. XIII.* P. MVLLER. *Disp. de paupert. probat.* eamque insuper iuramento (dem Armen-Eyd) roborauerint. Quamobrem, si quis hoc paupertatis ius sibi expetat, pronunciari solet: Würde Kläger vermittelst Eydes erhalten, daß er in seinem Vermögen so viel nicht habe, einen Aduocaten zu besolden, und die Gerichts-Kosten abzutragen, schweren, inmassen ihm vor allen Dingen oblieget, so wird ihm das ausgebetene Armen-Recht mitgetheilt, ein Aduocat ex officio bestellt, und er mit denen Gerichts-Kosten verschonet. Formula iurisiurandi rigidissima potest esse talis: Jch N. N. schwere zu GOtt dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd, daß ich so arm an fahrenden und liegenden Güthern, auch ausstehenden Schulden, dazu ich ohne Proceß gelangen könnte, bin, daß ich nicht 50. Rthlr. im Vermögen habe, und nicht vermag, in meiner wider N. N. habenden Rechts-Sache, die Gerichts- und andere Gebühren zu erlegen, oder einen Aduocaten zu besolden, auch solches nicht zu erlangen weiß, und wegen Leistung dieses Eyds mein Guth und Haabe nicht veräussert, noch andern übergeben habe, auch keinen Bürgen aufbringen könne, und so ich in Rechten obliegen, oder sonst zu Vermögen kommen werde, alsdenn einem ieden nach seiner Gebühr und rechtmäßigen Forderung aufrichtige Zahlung thun will. So wahr mir GOtt helffe durch seinen Sohn JEsum Christum unsern HErrn! In hac iuramenti formula mentionem feci quinquaginta solidorum, quos in bonis, qui hocce paupertatis iure vti vult, habere non

debet. Sed hoc non esse perpetuum, variae constitutiones prouinciales, quae itaque inspiciendae, ostendunt. vid. RIVIN. *ad Ord. Proc. Sax. Tit. I. Enunc. XII.* ZIEGLER. *ad Ord. Proc. Sax. Tit. I. verb.* den Armen. CONSVLT. PRAESES *ad Schoepff. Tit. de Postul. n. 16.*

§. VIII.

Qui Aduocati esse queant.

Quae personae ad Aduocationis munus admittantur, quaeue ab illo arceantur, commentatores sat profuse *ad Tit. Digest. de Postulando* exhibent. Nos in praesentiarum, sicco, vt aiunt, pede hanc transeamus tractationem, nonnullas saltem quaestiones motas resoluemus. Super *coecum* disputant D.D. an ad postulandum sit admittendus; Iure equidem Rom. negatiua clara elucescit. *ex L. §. 5. de Postul.* cum magistratus insignia nec videre nec reuereri potest. Ast, quid in praxi statuendum sit, non conueniunt. Sane, ut paucis nos expediamus, quoniam modo adducta ratio plane ad nostros magistratus siue maiores siue minores haud quadrat, coecum ad Aduocaturam non tantum in iudiciis inferioribus cum STRYKIO *de Iur. Sens. Disp. I. C. VI. n. 16.* sed etiam in iudiciis superioribus admittendum censemus cum SCHILTERO *ad ff. Exercit. X. Th. XXII.* Deinde quaeritur, an *haeretici* possint esse Aduocati? Secundum principia iuris Canonici haud fauorabilem expectabunt haeretici decisionem. Nam *C. XIII. §. Credentes. X. de haeret.* expresse haeretici Aduocati patrocinium reiicitur. Imo iam iure Ciuili repelluntur a postulando haeretici, per *L. ult. C. de Postul. L. XV. C. de Episc. Aud. & Nouell. CXLIV. C. II.* Sed unice ex principiis Clericalibus, & iuri Canonico,

nico,

nico, etiam antiquo, propriis, quae eo tempore iam fora occupauerant, ſecundum quae haeretici infames & extorres habentur. Cum vero per imperium noſtrum tres religiones diſſidentes publice, quoat effectus ciuiles, approbatae ſint, huic quoque exceptioni proſpectum eſt *in Artic. V. §. 38. Inſtrument. Pacis*, cautumque, ne eis addicti vllibi deſpectui, ob religionem habeantur, nec a quibuscunque iuribus arceantur, quod etiam *in Ordin. Camer. P. I. Tit. III. §. 3.* approbatum. Hoc tamen non obſtante, Catholici rigidiores Aduocatos Euangelicos in ſuis prouinciis repellunt, contra quos prouincias Euangelicas ſimili iure, lege retorſionis, vti poſſe putat. STRYK. *in Annot. ad Lauterb. Tit. de Poſtul. p. 121. verb. catholicae.* Quid ergo de his dicendum, qui reprobatam legibus imperii ſectam profitentur, quales ſunt Anabaptiſtae, Sociniani, Arriani, &c. an hi a poſtulando in foris proteſtantium arcendi, vt exceptio inhabilitatis iis opponi queat? Ita cenſet STRYK. *in Vſ. Mod. eod. t. §. 7.* quod tamen indiſtincte vix adſeri poteſt. Sane ſi perſonae ſectis hisce addictae in prouinciis proteſtantium haud tolerantur, nec ſectae reprobatae profeſſionem diſſimulant, commercio iuris communis frui haud poſſunt, quod ex denegatione tolerantiae fluit. Aſt ſi tolerantur, quod ſine exercitio religionis fieri poteſt, vtique a commercio iuris communis amplius excludi nequeunt, quia illud tolerantia publica eis indulget. Hoc poſito, nec a poſtulando arceri poterunt: ideo enim iure Codicis & Canonico repelluntur, quod ſint *extorres & infames*, quod amplius dici nequit, ſi publica tuti ſunt tolerantia.

rantia. Quod ad *excommunicatos* attinet, itidem arbitramur, ſolam excommunicationem in foris Proteſtantium a poſtulando neminem repellere, niſi praeterea ob tale delictum quis eiectus ſit; quod per ſe infamiam excommunicato inuſſerit. Denique quaerimus, quid de *Iudaeis* ſentiendum? Sane, ſi haeretici & excommunicati inhabiles ad poſtulandum reputantur, multo magis hoc de Iudaeis erit aſſerendum, vtpote qui generaliter ab omnibus officiis publicis remouentur per *L. fin. C. de Iudaeis, & C. XVI. & XVIII. eod.* Sunt vtique hodie in viliſſimam abiectiſſimamque Iudaei ſortem coniecti, vt in Aduocatorum numerum vel ideo recipi nequeant, quod neceſſaria, quae in Aduocatis requiritur, ſcientia deſtituantur. BOEHMER *in Iur. Eccleſ. Proteſt. Libr. I. Tit. XXXVII. §. 7. ſequ. & in Diſſertat. de Cauta Iudaeor. Toler.* Alia huc trahenda offendes in perlectione noſtri *Cap. II.*

§. IX.

Aduocatorum officium in quo conſiſtat, & quale ſit.

Quod ſi quis nunc eius eſt qualitatis capacitatisue, vt Aduocationem in ſe ſuſcipere queat, nunquam non officii ſui memor eſto. Hinc ſe in omnibus proceſſibus exhibeat pium, prudentem, ſincerum, perſpicuitatis & breuitatis ſtudioſum. Ergo abſtineat omnibus conuitiis, praeſertim blaſphemiis in Deum eructatis. Alias arbitraria eum manet poena. RIVINVS *Tit. III. Enunc. XXIV.* Hic quaero, an pro iniurioſis verbis reputandum ſit, ſi Aduocatus in ſcripturis adhibuerit: Das ſchmähliche Recht, das ſchmähliche Urthel. Et reſpondetur, haec verba pati ambiguam interpretationem, quamobrem in dubio in meliorem partem ſunt trahenda.

Huc

Huc facit *Responsum Wittebergense XV.* U. F. D. Z. Erbahrer guter Freund, als ihr uns einen Bericht, und angehengte Frage zugeschickt, und unsere Rechts-Belehrung darüber gebethen, demnach erachten, sprechen und bekennen wir Dechand, Ordinarius, und andere Doctores der Iuristen-Facultät zu Wittenberg darauf, in Rechten gegründet. Hat ein Aduocat in einer Supplication an Ihrer Churfürstl. Durchl. Ehe-Gemahl im Namen eines gefangenen Hauptmanns Ehe-Weibes diese Worte gebraucht: Ich bitte demüthig rc. bey Dero Herzgeliebtesten Gemahl eine Vorbitte zu thun, damit mein Ehe-Mann mit dem schmählichen Gerichte und Urtheil verschonet, und gnädigst der Strafe erlassen werden möchte. Wann nun gleich diese Worte, als denen zum Richter- oder Stand-Recht verordneten Personen, verkleinerich oder iniuriöse angezogen werden könnten, dennoch aber und dieweil dieselben auch einen andern, und diesen Verstand wol leiden, daß solches, wie auch andere peinliche Gerichte und Urthel, nicht von sich selbst, oder den Richter, und Beysitzern, sondern denjenigen, über welche sie gehohlet und vollstreckt werden, gemeiniglich schmählich fallen, und er dadurch seines hiebevor gehabten guten Namens verlustig wird, wider gemeldten Aduocaten auch sonsten einige Vermuthungen nicht vorhanden, daß er solche Worte in widrigen Verstande setzen, und dadurch dem Malefiz - oder Kriegs-Recht, und zu denselbigen gehörigen Personen zu nahe schreiten sollen, und so mag er deßwegen, bevorab da er vermittelst eines cörperlichen Eydes sich purgiren würde, vor einen Iniurianten nicht geachtet, viel weniger mit einer Strafe beleget werden. Si igitur Aduocatus est, vt esse debet, honoratum est eius officium, atque ob

vtili-

vtilitatem ſuam multis laudibus extollendum, quam in rem vide *L. XIV. C. de Aduoc. Diuerſ. Iudic.* & *L. IV. C. de Aduoc. diuerſ. Iudicum.* Nam Aduocati opera atque ſolertia lites dirimuntur, amicitia inter homines conciliatur, conſeruatur & redintegratur, atque illis, qui ius ignorant, adſiſtitur, MENOCH. *de Arbitr. Iud. Quaeſt. Lib. II. Caſ. CCC LXIX.* Et fere nullus eximior reperiri poteſt, quam qui iuris imbutus ſcientia, eo vnice impendit curam, vt legibus ad caſus in Republica occurentibus adplicatis hominum aequalitas defendatur, &, vt paucis multa dicam, iuſtitia ſarta tectaque maneat, qua ſublata, vt ſapientibus placet, virtutes omnes corruere neceſſe eſt. SCHOENBORN. *Polit. Lib. III. Cap. XLI.*

§. X.

Aduocatorum encomia & priuilegia.

Quid igitur mirum, ſi ingenui Aduocati, tanta iuſtitiae & reipublicae fulcra, tot tantaque non ſolum ab ipſa Caeſareae Maieſtatis purpura, ſed etiam aliis eruditorum oraculis honorum adepti ſint elogia atque ἐγκώμια? modo enim vocantur Cauſarum Patroni, *L. IV. ff. de Poſtul. L. II. C. de Aduoc. Diuerſ. Iudic.* Subinde Oratores, & ſaepe togati, *vid. quae diximus ſupra §. IV.* Imperator ipſe Iuſtinianus honorificis Aduocatos nominibus appellat, quibus nunc nomen indit Iudiciorum Athletarum, nunc Oratorum maximorum, & iuſtitiae Satellitum. *in Prooem. ff. verſ. Diſcipul.* Qui dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuaeque defenſionis viribus in rebus tam publicis quam priuatis lapſa erigunt, &c. *L. XIV. C. de Aduoc. Diuerſ. Iudic.* Aliisque in locis veniunt nomine Grauium Virorum. Dum clientibus manus inter-

interiungunt auxiliantes, *Agricola C. I. in fin. de Aduoc. & C. VIII.* Et secundum VMMII effatum *in Proceß. Iudic. disp. II. §. 2.* dicuntur: Qui alterius causae controuersae in iure iudicioue, siue orando, siue consilia suggerendo, siue alio modo operam tribuendo praesunt. Ac ne sicco praetereamus aliorum virorum de Aduocatis elogia pede, prodeat primum in scenam oratorum Principis CICERONIS, quod *L. II. Offic. C. XIX.* profert, encomium, in quo Iurisconsulti domus oraculum ciuitatis audit; quod ab alio statim & quidem IVN. *Oration. Tom. I. pag. 558.* excipitur, cuius verba huius sunt tenoris: *Sunt instar sacerdotum ICti, sollicite agunt de religione: Magistratuum autoritatem tuentur: nuptias & matrimonia procurant: famae & existimationi consulunt: Vitam ab interitu, a rapinis & furtis facultates vindicant. Hanc ob causam carum Augusto Trebatium, Vespasiano Crassum, Traiano Neratium, Alexandro Vlpianum, aliisque alios Imperatoribus acceptos fuisse legimus, quod a iuris illi prudentia praeclare instructi, optimi haberentur & essent reuera Politici.* Quid etiam mirum, si benigni Legumlatores variis priuilegiis atque immunitatibus Aduocatorum ordinem condecorauere, de quibus singularum prouinciarum statuta sunt consulenda. vid. *Ordin. Camer. P. I. Tit. XLIX.* CARPZ. *in Proceß. Tit. XXV. Art. VI. num. 35. seq.* STRYK. *in Vs. Mod. Tit. de Postul. §. 11. & 12.* Sed quaeritur, an Aduocatus, qui non est promotus Doctor, ob aes alienum in publicum carcerem coniici queat? Affirmatiue respondit *Scabinatus Lipsiensis M. Ian. 1693.* An sämmtliche Protzische Erben zu Merseburg hunc in modum: Habt ihr wider Sempronium bey der Fürstl. Sächsischen Regierung zu Merseburg

Aduoc. Ordinar. wegen 13. Rthaler ausgenommenen Crahm-Waaren Klage erhoben, und endlich es dahin gebracht, daß wegen Capitals, Interesse und Unkosten in Verbleibung der Zahlung der 6. dieses Monats zur Execution anberaumet, auch das Fürstl. Sächsische Amt sammt dem Raht zur Executoren ernennet worden, und ihr wollet, auf was Art und Weise die Hülffe wider den Debitorem am füglichsten zu vollstrecken, so wol ob nicht allenfalls, dafern er zu eurer Befriedigung zulängliche Mittel anzugeben nicht vermag, nach Anleitung der Churfürstl. Sächsischen 22. Constit. Part. 2. mit dem Schuld-Thurm wider ihn verfahren werden könne, berichtet seyn. Ob nun zwar angeführt werden möchte, daß Sempronius vor sich keine immobilia besitze, sondern das Haus und Feld seinem Ehe-Weib zuständig, welche deßhalber so wohl, als wegen des darauf erbaueten Getraydigs zu interueuiren wohl befugt sey, hingegen bey dem Debitore sonst fast keine mobilia, auser die Bücher zu finden, diese aber in denen Rechten absonderlich priuilegiret, daß die Execution darein regulariter nicht vollstreckt werden kan; Im übrigen, daß Sempronius, weil er ein Litteratus und Aduocatus Ordinarius bey der Fürstl. Regierung auf das beneficium competentiae sich beruffen könne, davor gehalten werden möchte, diesemnach, daß auch der Schuld-Thurm wider ihn nicht Statt habe, zu folgen scheinet. Da aber auch der Sempronius an den ihm von seiner Frauen zugebrachten unbeweglichen Güthern als Ehe-Mann den vsumfructum hat, also dasjenige Getraide, so in währender Ehe davon erzeugt worden, ihm zuständig, die Bücher auch nicht schlechterdings, sondern nur so dann, dafern der Creditor sich an des Schuldners übrigen Ver-

Vermögen sattsam erhohlen kann, in denen Rechten wider die Hülffe priuilegirt; Hingegen das beneficium competentiae nicht allen Aduocaten, sondern nur den Doctoribus zukommet. So wird die Execution anfänglich in Sempronii bewegliche Güther, darunter auch das angebauete Getraydig zu ziehen, und wenn solche nicht zureichen, in die Nutzung seiner Frauen Güther, endlich, so auch selbige nicht zureichen, in des Schuldners Bücher völlig vollstreckt; dafern ihr aber aus diesen allen eure völlige Befriedigung zu erhalten nicht vermöget, der Schuldner hingegen keine andere annehmliche Mittel dazu vorzuschlagen weiß, auf dem Fall wird er nach Anleitung der angezogenen Churfürstlichen Constitution, vorgehendes gebührendes Ansuchen und zur gefänglichen Hafft billig bracht. V. R. W. RIVIN. *Tit. LII. Enunc. XII.* Plura ad nostrum scopum haud pertinentia non adducam praesenti in loco; Potius ad principale institutum accedens formo.

CAP. II.

CONTINENS RATIONES ET MODOS ADVOCATORVM NVMERVM RESTRINGENDI.

§. I.

Aduocatorum officium licet multum, vt supra vidimus, ad iustitiae administrationem contribuat, plus tamen illis obiici potest, quod laudes eorum a summo honoris fastigio in vallem flagitiorum adeo ingurgitare validum est, vt facile sit persuasu, quam maxime salutare esse reipublicae, penitus ex ea, — An' Aduocati in Republica tolerandi? Negatur.

ea, si Aduocati eiiciantur, proscribantur, eliminenturue. Nam vbi desunt Aduocati, ibi causae & litigia deerunt; vbi vero Aduocatorum turba strepit; ibi litium anfractibus tota ciuitas ardebit, nec domus vlla a litigio vacabit, MAGON. *de rect. patrocin. ration. Part. I. Cap. XI. num. 9.* Qua ratione motus Imperator FERDINANDVS non misisse Aduocatos in Indiam, ne scilicet simul litium importarentur semina, refertur a BODIN. *de Republ. Libr. V. Cap. I.* & RODERIC. ZAMOZARENS. Hispan. recenset, se vidisse populatissimas in Germania Ciuitates, vbi paucissimae lites fuerunt, quia Aduocati defuerunt, sibi vero causam quaerenti, responderent cum risu: Vltimam esse litem primae: Der ersten Streittigkeit folge der letzte Rechts-Proceß. vid. HOFFMANN *in suo Lycurgo Cap. IV. pag. 36.* Adstipulatur huic sententiae IACOBVS Angliae & Scotiae Rex in grauissima ad Proceres Angliae d. 20. Iun. Anno 1616. habita oratione, de felicitate Regni Daniae, interprete Meterano: verba sunt haec: In denen Landen, da die Formalitäten der Gesätze keinen Platz haben, als in Dännemarck, wie ich solches selbst gesehen, hat es eine andere Gelegenheit, sintemahl daselbsten alles durch die beschriebene Gesetze gerichtet und geschlichtet, und weder Aduocat noch Procurator zugelassen wird, sondern müssen die Partheyen ihre eigene Sachen selbst vertragen und abhandeln: wann nun solches geschehen, steht einer auf, und liest daß Gesetz aus einen Buch ab, nach welchem das Urtheil gefället wird, und hat also der Proceß ein Ende, also, daß das Gesetz-Buch ihr Schiedmann und Richter ist. Es wäre zu wünschen, daß solcher Brauch überall eingeführet würde, und würden die

die Länder glückselig seyn, so sich darein schicken könnten. In diesen und andern Landen aber wird in den Gesetzen durch Verdrehung, seltsamer Fünde, und anderer Sachen und Exempeln Einstreuung viel Zweiffels von spitzfündigen Leuten verursachet. Imo grauissimum FRIDERICVS III. Imperator iniit consilium de legistis ab omni consilio arcendis, & ex iudiciorum subselliis relegandis: Daß alle Doctores der Rechten im Heiligen Römischen Reich, Teutscher Nation, am Cammer-Gericht, bey keinem Rechten, und in keines Fürsten oder andern Raht-Stuben, mehr gelitten sondern gantz abgethan werden sollen, weilen ihnen das Recht mehr dann den Layen verschlossen ist, und kann ihrer keiner keinen Schlüssel darzu finden, biß beede Theille arm werden, oder gar verdorben sind. Sie sind Stieff-Väter und nicht die rechten Erben der Rechte; dann sie nehmen ihnen den Grund der Wahrheit, und bringen durch ihren unordentlichen Geitz das Recht zu solchem Unglauben, daß kein frommer Mann sein Vertrauen darein setzen kann. Haec verba recensentur a GOLDASTO in Reichs-Satzungen, vbi in specie agit de Imperatoris Friderici reformatione de anno 1442. *pag. 164.* Consule CONRING. *de Orig. Iur. German. C. XXXII.* SCHILTER. *Exerc. X. Thes. VI. seqq.* Simile dogma de extirpandis Aduocatis MACHIAVELL. igneus iste Florentinus BORGIAE suo instillauit. Et Megapolitani saepius in ore dicuntur habere: Nostri Doctores Iuris, Aduocati & Procuratores, (nam in Dicasterio siue iudicio prouinciali Megapolensi non admittuntur ad Procuraturam, nisi gradu Doctorali insigniti fuerint) quotquot eorum sunt, merentur in luporum dorsis reponi, & canibus ex-

tra prouinciam fugari, vt vna ſimul opera & lupis & Doctoribus purgaretur prouincia. HOFFMANN *in ſuo Lycurgo pag. 37. ſeq.*

§. II.

Affirmatur, ſi numerus Aduocatorum coerceatur.

Verum enim vero cum Aduocatorum officium in ipſo Naturae iure & bonis moribus fundamentum habeat, penitus eiusmodi iudicia ſequi haud poſſum, vid. CARPZOV. *de Iurib. Foem. Singul. §. 16.* SCHOENBORN. *Polit. L. III. Cap. XLI.* Nam ſunt probi etiam Aduocati, queis omnis honos vtique conferendus eſt. Nec poſſumus, rebus ſic ſtantibus penitus carere Aduocatis. Noui equidem, quam plurima eſſe malorum Aduocatorum, qui Rabularum nomine veniunt, vitia, ſed exinde non ſtatim ſequitur, bonos cum malis eliminandos eſſe. Quamobrem media incedentes via noſtra eſt ſententia, promiſcuam Aduocandi licentiam eſſe cohibendam, certumque Aduocatorum numerum conſtituendum, qui in cauſis arduis, in queis partes ſufficienter ſibimet ipſis conſulere nequeunt, ius ſuggerant, atque iudicem, vt decet, rite informent. Hoc pacto maximam partem ceſſatura arbitror Aduocatorum vitia, quae nimia illorum multitudo, cum omnes alimenta quaerant, non poteſt non parere. Praeſertim noſtra ſententia erit fructuoſa, ſi certus Aduocatorum proborum numerus fixis ſalariis publicis ſuſtentetur, & ſerio ſub iurisiurandi religione membris interdicatur, ne a partibus litigantibus aliquid accipiant. Notanter autem diximus in cauſis tantum arduis Aduocatos eſſe dandos, nam cauſas leuidenſes Iurisperiti iudices de ſimplici & plano deciden-

cedendi facultatem a summa Maiestate accipiant. Hinc vtilissime cauet *Ius Prutenic. Lib. I. Cap. XVIII.* In denen Aemtern sollen die freyen Krüger und Bauren ihre Nothdurfft selbst reden, und keine Procuratoren in geringschätzigen Sachen haben, in denen aber, die ihnen aufs höchste, als auf Haut und Haar oder sonst ihre Wohlfahrt gehen, soll ihnen einen Aduocaten anzunehmen unbenommen seyn. Et hoc in vsum reuocare voluisse videtur Rex Porussiae, qui d. 5. April. 1713. ita in suis prouinciis constituit:

Von GOttes Gnaden Friederich Wilhelm, König in Preussen und Chur-Fürst. Unsern Gruß zuvor, Würdiger, Wohlgebohrner, Edler, Vester und lieber Getreuer. Wir mögen euch hierdurch nicht enthalten, was gestalt Wir wahrgenommen, daß durch die Vielheit derer Aduocaten und Procuratoren beym Iustiz-Wesen allerhand confusiones und Unordnung entstanden, wodurch das Land beschweret, die Unterthanen im Rechten aufgehalten, auch zu unzehligen Klagen Anlaß und Gelegenheit geben worden. Wann Wir dann diesen Inconuenientien remedirt wissen wollen. Als haben Wir resoluiret; daß hinführo bey unserm Appellations-Gericht, geheimen Iustiz-Raht, Hof- und Cammer-Gerichte und Consistorio allhier mehr nicht, denn 24. Aduocati und gleiche Anzahl Procuratoren geduldet, den übrigen aber das Handwerck gelegt, und sie eine andere Profession zu wehlen und anzufangen, angewiesen werden sollen. 2. Wollen Wir sothanen 24. Aduocaten und Procuratoren ein Patent ertheilen, und soll keiner deren, so von Uns dergleichen nicht erhalten hat, bey dem Iudicio weiter in Aduocatura admittirt werden; dafern aber, dieser Unsers allergnädigsten Wil-

lens

lens Meynung ungeachtet, dennoch zu aduociren, procuriren, supplicata zu machen, ein nicht recipirter Aduocatus oder Procurator sich unternehmen würde, so soll derselbe als ein temerer Ubertreter dieser Unserer Verordnung, andern zum Exempel, und ihm zu wohlverdienter Strafe, gebranntmarcket, und auf ewig in die Karre geschlossen werden. 3. Damit auch die Aduocaten und Procuratores durch eine modeste und ihnen wohlanständige Kleidung distinguirt werden mögen, so sollen die Aduocaten wie ehemahlen und annoch in vielen Iudiciis so in als auser Teutschland gebräuchlich, schwartz gekleidet, mit einem Mantel biß auf die Knie, die Procuratores aber gleichfalls schwartz gekleidet, jedoch ohne Mantel mit einem Rabat oder Uberschlag, so auf die Brust gehet, einher gehen. 4. Sollte aber ein Aduocat oder Procurator sich dessen weigern, und in oder auser Gericht in anderer Kleidung erscheinen, so soll der General-Fiscal sein Amt beobachten, und dahin agiren, daß er in die Karre geschlossen werde. 5. Und damit wegen des Honorarii hinführo sich niemand zu beschweren Ursach haben möge, so wollen Wir deßhalben eine Taxe verfertigen lassen. 6. Schlüßlich soll diese Unsere Verordnung von May nächstkünftig den Anfang nehmen, und von solcher Zeit steiff und fest unverbrüchlich darüber gehalten, auch wider die Contrarienten mit der angedroheten Strafe verfahren werden. Welchemnach Wir euch hiermit allergnädigst befehlen, euch fordersamst zusammen zu thun, alle und iede Aduocaten und Procuratores, bey den euch anvertraueten Iudiciis ohne Säumniß vor euch zu bescheiden, ihnen diese Unsere Verordnung, damit niemand sich mit der Unwissenheit entschuldigen möge, zu publiciren und bekannt zu machen, und

über

über selbige mit gehöriger exactitudine zu halten. Hieran geschicht Unser eigentlicher Wille und Meynung, und sind euch mit Gnaden gewogen. Geben Cölln, den 5. April 1713.

(L. S.) Friederich Wilhelm.
von Bartholdi.

quae ex hac sanctione, quam studio totam inserui, ad institutum nostrum pertineant, facile est deprehendere.

§. III.

Immoderatam autem postulandi licentiam & immensam Aduocatorum multitudinem ipsorum, quae proh dolor! saepissime in Aduocatis inueniuntur, vitiorum genitrices atque radices esse, haud obscure patebit, atque in apricum constituetur, si nomina vitiorum, queis infecti dicuntur Aduocati, indigitamus, & de illis necessaria in medium proferimus. Enim vero, quae dicturus ad probos Aduocatos, quibus iustitia cordi est, applicari minime volo. Loquor de malis, qui non sunt *Iuristae*, sed *Iurgistae*, non *Iureperiti*, sed *Iureperditi*, non *legum Doctores*, sed *legum Dolores*, de quibus apprime dixit ECCLESIAST. *Cap. X. vers. 11.* Ein Wäscher (Zungendrescher) ist nicht besser denn eine Schlange, die unbeschworen sticht. Ipsi probi Aduocati perhorescunt dolis atque fraudibus impiorum, qui omnem iustitiam eiurarunt, & ceu incarnati diaboli iniustitiae mancipia facti sunt.

Promiscua aduocandi licentia atque Aduocatorum multitudo pariunt eorum vitia.

§. IV.

Ad rem. Quid ergo facit iniustum Aduocatum, quae sunt eius vitia? Non loquor per ἀνξησιν

Quot Aduocatorum vitia.

oratoriam, si illa innumera esse adfirmo. Interim vt determinatum quid ponam, ea ad septem capita refero, siue numero septenario absoluo. Est I. Imperitia in Iurisprudentia ex studiorum ieiunitate scaturiens. II. Impudentia. III. Auaritia. IV. Iniustae causae defensio. V. Falsorum clientibus facta persuasio, & ad lites mouendas allectatio. VI. Impietas & contemtus iuramentorum. VII. Cauillationum & defraudationum studium. MAGON *in Cynosura Aduocat. Cap. VI. num. 18.* WEHNER. *in Obseruat. pract. sup. voc. Aduocat.* De singulis in sequentibus seorsum.

§. V.

Tractatio vitii primi.

Magna est proh dolor ad retardandam iustitiae administrationem labes, vbi in iudiciis admittuntur homines ieiuni, qui vel plane non, vel summis saltem digitis iurisprudentiae studium attigerunt. Merito enim requiritur, & necesse est, vt is eo in artis genere peritiam habeat, quod profiteri audet. Dolo enim non solummodo datur damnum, sed & per imperitiam & ignorantiam artis eius, quam quis callere se asserit, quae deinde profitentem culpae reum facit, vti est *in L. CXXXII. ff. de R. I. & L. IX. §. 5. ff. Locat.* Quin imo is non videtur carere dolo, qui v. c. fabrum se esse mentitur, nec fabrilia tractare nouit, cum Germanorum illud tritissimum sit prouerbium: Klappern gehöret zum Handwerck. Et is, qui pro milite se gerit, cum talis non sit, falsi criminis tenetur, *L. XXVII. §. vlt. ff. ad L. Cornel. de fals.* Quanto igitur magis, qui Aduocati in se suscipit munus, & iurisperitiam profiteri audet,

det,

det, solida requiritur instructus illius scientia? Quo enim modo is aliis iura suggerere valet, qui eorum ipse ignarus? Sane mihi aliter de talibus non videtur hominibus, ac si caecus caecum ducere vellet. Dirimere debent Aduocati ambigua fata causarum; hi confundunt & bellum quasi faciunt immortale. Erigere debent illi defensionis suae viribus in rebus tam publicis quam priuatis lapsa, & fatigata reparare; Hi vero penitus id, quod restat, deiiciunt &c. & turpe est postulandi, ius, in quo versatur, ignorare, *L. II. §. 43. de Orig. Iur.* Quamobrem optime CICERO dixit *Lib. I. de Orat.* Quid hoc fieri turpius aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit, aut amicorum controuersias causasque tueatur, laborantibus succurrat, aegris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, vt aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. Et alibi: quid est enim turpius, quam legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere, cum sis legum Iuris Ciuilis ignarus? Cui etiam respondit loco IOH. DE ANN. *in rubr. de Del. Pueror. II. Col.* qui iuuenes Aduocatos litium confusores dicit, & sane Aduocatoriae malitiae iuuentutem saepe & ignorantiam causam esse merito conqueritur. CARPZ. *P. I. Const. I. Def. XVIII. n. 12. & 14.* Non sunt digni ii hoc nobili Aduocatorum nomine, nec in republica ferendi, vel certe coercendi, qui conscientias hominum peruertunt & iudiciorum sanctitatem in cautelas, technas atque periuria commutant, laudatus CARPZOV. *cit. loc. num. 4. & 5.* Sie sind Gerichts-Plauderer, welche fast alle Verschreibungen nur streitig zu machen suchen, vti eos appellat

GAILIVS *in tract. de Arrest. Cap. IX. num. 12.* Haec omnia tanquam ex matre omnis huius feculi peruerſi veniunt ſtudiorum inſcitia. Nec enim hic audiendus eſt ACCVRSIVS *ad L. I. ff. de Poſtul.* ſtatuens, etiam literarum imperitum cauſae patrocinium praeſtare poſſe, quia hoc pugnat contra *L. II. C. de Poſtul.* vbi requiritur, vt is, qui patrocinium deſiderantibus praeſtare vult, ſit literis eruditus. Multos enim hodie, quod ſcribere dolendum, videmus fratres ignorantiae in foro verſari & lites ex litibus diu protelare, qui aut iura ignorant, aut praue ſiue malitioſe applicant; de quibus vere luſit quidam: *In Inſtitutis vos comparo brutis; In Digeſtis nil poteſtis; In Codice ſcitis modice; In Nouellis comparamini aſellis;* In dem Reichs-Abſcheid ſeyd ihr kommen nicht weit, *& tamen creamini Doctores, o tempora! o mores!* CARPZOV. *cit. loc. num. 14.* Sed qui hoc fit? Qui quaeſo ſperandi ſunt eruditionis profectus, ſi neglecto in triuiis humaniorum ſtudio ſtatim euolant in academias, & celerrimo curſu ſtudium Iuris percurrentes, maximo temporis ſpatio in potatoriis collegiis conſumto, domum, ne larium penatumque obliuiſcantur, parentibus aliisque chartacea mole fucum facientes, reuertuntur. Sane in omni ſtudiorum genere velocitas & nimia feſtinatio vitanda eſt, quicquid etiam quibusdam volaticis ingeniis videatur. Canes feſtinantes, vt in veteri verbo eſt, caecos pariunt catulos, nihilque ſolidi in ſcientiis diſci poteſt, vbi omnia ſuperficiaria opera tractantur. MORHOF. *in Polyhiſt. Litter. Lib. VII. Cap. VIII. num 50.* Eiusmodi in ſtudiis curſores ſimiles mihi videntur Athenas nauigaturis, qui primo anno Sapientes, ſecundo Philoſophi,

tertio

tertio Rhetores, quarto nihil erant. VENTVR. DE VALENT. *in Parthen. Litigios. Lib. I. Cap. I. num. 15.* Hoc omnium pessimum, quibusdam in locis omnis generis homines, lippos atque tonsores ad Aduocationem admitti, ita, vt illud:

Omnes se medicos fingunt, idiota, sacerdos,
Iudaeus monachus, histrio, rasor, anus.

etiam commode ad saeculum nostrum litigiosum atque corruptum adplicari queat. Videmus hodie, vt in comediis, in omni vitae genere laruas exhiberi; pro Iuris-Consultis Leguleios, pro militibus latrones, pro Politicis nebulones, pro Oratoribus rabulas, pro Aduocatis scribas & opifices. CARPZ. *Part. I. Const. I. Def. XVIII. num. 15.* Neminem fugit, plerosque omnes, quibus ad restim rediit res, & qui de sua fortuna desperant plane, Aduocati partes tandem suscipere; cumque nulli alii vitae generi idoneos se sentiunt, & omnibus armis praesidiisque destituti iam sunt, nihilominus sperant sibi auram aliquam posse afflare, in Aduocati munus si inuolent; ac si sacra haec esset anchora, & ita communis omnibus, vt ad eam liceret confugere, obrutis rebus omnibus ac perditis, profligatissimo cuique. Memini, inquit ZIEGLERVS *in Arte Rabulist. Cap. III. §. 13.* in Consistorio Ecclesiastico me praesente de matrimonio sibi promisso stupratam egisse, atque inter alia probationum argumenta retulisse, quaesitum a se stupratorem, quo vitae genere victui deinceps comparando sibi consultum vellet, respondisse, constitutum sibi esse, proclamatorem & causidicum agere: Er wolle ein klein Caussen-Macherchen werden, de

quo tamen dici poterat, ne tria quidem Stesichori ei nota fuisse, & dubitari maxime poterat, vtrum Iuris constituti codicem vnquam viderit, aut in manibus habuerit. Tanta est pessimorum hominum proteruia atque temeritas, ad quam refrenandam prudenter quidem sancitum ab Illustrissimis Saxoniae Electoribus *in Ordinat. Torgauiens. de anno 1583. Tit.* Von *Aduocat*en und *Procurator*en, *&* *Ordin. Polit. de anno 1612. tit. III. §.* Besonders auch. ne admittantur Aduocati, priusquam publicum testimonium suae eruditionis & profectuum in studio iuris exhibuerint, vel aliter de eo fidem fecerint. Sed nec eiusmodi testimonio adeo semper tuto fides haberi potest. Nam in disputationibus etiam saepe praeter sumtus respondentes nil praestiterunt. Hinc optimum, ad eorum, qui ad praxin adspirant, eruditionem explorandam remedium est, vt peculiari a Facultate quadam Iuridica vel a Regimine, in quo postulandi sunt, examini subiiciantur. CONSVLT. PRAESES *ad Schoepff. de Postul. num. 8.*

§. VI.

Tractatio vitii secundi.

Ex hac studiorum ruditate tanquam ex scelerum oceano, flummis instar rapidissimi ortum trahit impudentiae abominandum vitium. Nam qui semel verecundiae transiit fines, eum bene & gnauiter oportet esse impudentem, CICER. *Libr. V. Epist. XII.* Qui sciolum se iactitat philautiae tuendae gratia, non potest non esse impudens; & rebus semper pudor absit in arctis, Noth lehret unverschämt werden. VALER. FLACC. *Libr. IV. vers. 334.* Non enim insimul habitant vna pudor & fames. Quid igitur mirum,

vt

vt tanta terrae inutilia pondera, Rabulas puto, diesque noctesque in impium impudentiae ſtudium collocent; quid mirum, ſi ex Helena ſcortum faciant? vid. HOLTERMANN. *de Vario Vſ. & Abuſ. in Cur. & Cancell. Theſ. XXII.* Forſitan ironicum illud LVCIANI praeceptum pro vero accipiunt, quando *in Rhetorum Praeceptore* ſcribit: *igitur*, inquit, *quod maximum eſt, ignorantiam affer, dein temeritatem, audaciam praeterea & impudentiam; verecundiam autem, manſuetudinem, mediocritatem & erubeſcentiam domi relinque, inutilia enim ſunt, & negotio perquam contraria &c.* Et porro: *audacia & impudentia, mendacium quoque promtum ac ſemper in labiis ſummis Periurium & inuidia erga cunctos odium quoque & blaſphemia nec non calumniae frequentes, haec te in breui celebrem & conſpicuum reddent.* Confer. ZIEGLER. *in Art. Rabul. Cap. IV.*

§. VII.

Impudentiam Aduocatorum excipit eorum auaritia & alienis inhiandi ſtudium. Romanorum primis quidem temporibus gratuita ſolebat eſſe Aduocatorum opera; enim vero tractu luſtrorum innumerae ob Aduocatorum auaritiam motae ſunt querelae. Conſule BRVMMER. *Comment. ad L. Cinciam.* Ad mores hodiernos quod attinet, ſpretis iudiciorum taxis, Aduocati inſtar ſpongiarum inſatiabilium non acquieſcunt, niſi clientibus ad incitas redactis, vt eiusmodi volucres rapaces in publicum exitium natos arbitreris. Notum eſt, ſtateram habere ad duas lances ligulam, ſed ſemper hanc ad ponderoſiorem lancem inclinari; ita auarus Aduocatus linguam habet & duas manus, aſt manus illa, cui plus impo- Tractatio vitii tertii.

imposueris, trahit semper ad se linguam, quae damnifera est, nisi funibus argenteis ligetur, HOLTERM. *supra cit. loc.* O pessimum hominum genus, cuius decem praecepta decem absoluuntur litteris: *da pecuniam*, gieb mir Geld. Horum ne laedant vnicum, omnem mouent lapidem, ita vt saepissime causas triobolares in sumtuosum trahant processum. Experientia loquitur, & famosissimum exemplum refertur a CARPZOV. *in Orat.* quondam habita in promotione Doctoris ENOCH HEILAND, Doctoris PAVL WAGNER, & Doctoris AMADAEI ECKOLDI, vbi haec verba habet: Memini, inquit, ante 30. fere annos in praetorio Lipsiensi de vnico Gallo gallinaceo, einem schwartzen Haus-Hahn, zwischen denen beyden benachbarten Gast-Wirthen im Hufeisen und Strausse im Prühle, processum iuris formatum fuisse, eumque diu admodum durasse, vsque dum acta in pagellarum copiam excreuerunt ingentem; quanti lis haec constiterit, quantumque litigandi feruorem & desiderium prodiderint Aduocati causa illius propinqua vel inde perspicuum, quod *in Scabinatu Elector. Lips.* pro labore in concipienda sententia 6. thaler, siue imperiales exigerentur ab iis, qui nec tribus nec quatuor grossis, quibus comparari potuisset Gallus gallinaceus, carere voluerint, &c. Notandae insuper sunt enormes Aduocatorum pro praestita opera liquidationes, in queis τὸ multiplicare ex professo studuisse videntur vid. RIVIN *ad Ordin. Processʃ. Saxon. tit. XXXVI. Enunc. XXIII.* Vt paucis me expediam, impiorum Aduocatorum auaritia non habet modum.

§. VIII.

§. VIII.

Quamobrem non eſt mirum, vt ſingulari gaudio afficiatur Aduocatus, quando aedes ſuas introire videt litigioſos clientes. Nam vt auaritiae ſuae litet, ſine omni ſcrupulo in qualibet cauſa, licet aperte iniuſta, patrocinium pollicetur. Boni ciuis eſt, quouis modo ſuas partes interponere, vt concordia in republica conſeruetur. Aſt huius furfuris Aduocati litigantibus minime arma extorquent, ſed ea potius in manus dant, ad ſe inuicem iugulandos. Laudabile Aduocatorum officium! Nam ſerio prohibent leges, ne cauſas iniuſtas defendendas ſuſcipiant, & ſana ratio loquitur. Enim vero impudentem hominem & auarum credis leges ſeruaturum? Minime gentium. Delectatur igne incenſo eique oleum pro aqua addit, vt poſtea maiori pretio eius opera redimatur. Eſt igitur iniuſtae cauſae defenſio neceſſarium auaritiae conſequens, nam ſiue raptum ſiue captum, ſi modo auaro ſit aptum. Sed dicis: Aduocatos non eſſe in culpa, ſi interdum iniuſtam cauſam agant. Nam adeo variantes Doctorum opiniones ſaepius etiam pro cauſa iniuſtiſſima ſtare; Itaque nil eſſe imputandum Aduocato, qui tot claris praeeuntibus Doctoribus in cauſa oblata patrocinatur. Verum enim vero Aduocatus ſana ratione praeditus iuriſque ſcientia imbutus, non attendat abſurdas nonnullorum autoritates, ſed conſulat ipſas leges, ſuamque conſcientiam. STRYK. *de Conſcient. Aduocat. Cap. IV.* Hinc Aduocatus cauſam ab initio iuſtam reputans, poſteaque iniuſtam deprehendens, eam deſerat neceſſe eſt, etiamſi clienti iuraſſet, ſe ad finem litis vsque operam praeſtiturum. STRVV. *in*

Tractatio vitii quarti.

Syntagm. Iur. Ciuil. Exercat. VII. Thes. V. BERLICH. *Part. I. Concl. IX. num. 37.* SCHROETER. *in Fascic. Cas. Conscient. p. 23.* Sed quot ex capite iniustitiae caussarum desertores videmus? Imo quodsi interdum praetextu iniustitiae Aduocatus suam operam vlterius praestare negat, haud raro id fit, quod pro lubitu clientem deglubere nequeat, vel spe ad pinguius, quid lactetur.

§. IX.

Tractatio vitii quinti.

Quando non erubuit falsae causae patrocinari Aduocatus, non potest non ad colorandam suam nequitiam multum clienti narrare de bonitate causae & fundato eius iure, atque illum edocere, vt, quod falsum, verum, &, quod nigrum, album esse credere cogatur. Hinc promissa in antecessum victoria ad liberaliorem reddendum clientem, alto supercilio prodit in forum, magnaque audacia & perfricta fronte causam tractare audet. Ideoque scite dixit SPECVLATOR *Libr. I. Tit. de Aduocat.* non aliter ipsi videri tales superbia tumescentes Aduocatos, qui non solum quamuis tuendam litem in se suscipiunt, sed etiam victoriam clientibus promittunt, quam empiricos, superbe, primo statim aegroti aspectu, salutem pollicitantes, & symptomata non perpendentes. Parua enim est imo nulla inter illos iactantiae differentia, dum, reclamante omni iure & circumstantiarum natura, causae sanitatem se procuraturos desperatae, palmamque reportaturos superbiunt. Sciunt suam impotentiam, sed ne panis lucrandi & autoritatis conciliandae, quasi omne ius in scrinio pectoris haberent, occasionem praetermittant,

tant,

tant, fuco mentiuntur colorem, cum ſecundum IOH. PETR. DE FERRARIIS *in Prax. Tit. II. Gloſſ. XXVII.* cauſidicorum natura ad lites quaerendas adeo ſit inclinata, vt lites ex litibus ſuſcitare cogitent, in animarum ſuarum irreparabile damnum: de quibus recte dictum: vae vobis, qui manducaſtis panem doloris! Si interrogantur a ciuibus, quid illis de hoc vel illo caſu videatur, ſtatim aureos fingunt atque pingunt conſulentibus montes, & ne ab aperto ſuo iure latum ne quidem vnguem recedant, notabilis compendii praeſtigiis ad litigandum inſtigant, paratam & probatam variis rerum argumentis operam offerentes, atque omnem, ſi quam metuunt, transactionem diſſuadentes. Vides circumforaneos Medicos, vides circumforaneos Cauſidicos, qui diplomatum non minus quam auro fulgentium ſplendore veſtium credulam plebem alliciunt, vt eorum ſe concredat curae, leui laborantem nonnunquam febricula, ex qua deinde inſanabilem in morbum eam callide & imperite coniiciunt, vt ad eum curandum poſtea nec AESCVLAPII ſcientia, nec PAPINIANI prudentia ſufficiat. Comparat eos ZIEGLER *in Art. Rabuliſt. Cap. X. §. I.* architectis, quibus ſolenne eſt, vt, quoties nouas exſtruendi aedes cuidam animus eſt, omnibus vtantur perſuaſoriis de illis, exiguis expenſis, exſtruendis; Sed poſtquam operis dominus fundamenta iacta videt, & aedificium in altum ſurgere incipit, ſentit, ſe falſis perſuaſionibus deceptum, coactus inuitus, re non amplius integra, cum magno ſuo detrimento, coeptum opus, ſubridentibus architectis continuare. Egregia ſane aſſimilatio &, vix claudicans! Nam falſo inducunt rabulae cli-

entes ad ſtruendum proceſſum, paucis expenſis eum expediendum iactitantes, vt laqueis irretiri poſtea cum facultatum iactura liti ſemel motae inhaerere, ad replendos Patronorum cauſarum, vt adpellari volunt, loculos, debeant. Sciunt interim hi togati vultures multis excuſationibus ſeſe extricare, proceſſus diuturnitatem mox in iudicis cunctationem, mox in Aduocati ab aduerſa parte ſtantis aſtutiam & dolos reiicientes, cum tamen ipſi omnem adhibeant curam, vt cauſa de die in diem proteletur, ſuae arti rapaci aliquid deceſſurum putantes, ni vel exceptionibus, vt vocantur, dilatoriis magnum temporis ſpatium ad augendam mercedis quantitatem incaſſum praeterlaberetur. O pecora a praeſepibus iuſtitiae arcenda! Quid igitur mirum, ſi hoc pacto proceſſus fere non habeant exitum, atque immortales reddantur. Noui equidem multum in cauſa eſſe ipſorum litigantium pertinaciam; Sed vnde quaeſo illa? Nonne peſſimi Aduocati aſtute cauſae iuſtitiam mentientes hanc litigandi rabiem furoremue cauſantur? Sane ſaepius multa nummum millia conſeruari poſſent, ſi, vt deberent, ad tranſigendum partes inclinarent Aduocati. Sed cum hoc non ſit ex illorum re, potius optant animae mortalitatem quam litium; Et cum conſilio haud ſpernendo. Nam ſic genium poſſent titillare ſuum absque cruciatuum metu in illa olim vita eiusmodi Sycophantas manentium. Noui Proceſſus, per multa luſtra qui iam durarunt, ita vt credere queamus ſolos Aduocatos, adminiculantibus tamen haud raro Iudicibus, eo perueniſſe felicitatis in ſua Alchymia, vt inuenerint tamdiu quaeſitum a ſtultis Philoſo-

losophis illum vitae & immortalitatis ſpiritum. Quodſi tamen ſentiunt nulla amplius ad alendas lites ſufficere remedia, nulla vlterius ſupereſſe ſubterfugia, emunctos pecunia clientes vltro citroque, ne ſuccubuiſſe credantur, ad transactionem, antea ſpretam atque reiectam, ineundam conciliare allaborant. Norunt haec omnia iudices, ſed, ſi eiusdem cum Aduocatis ſunt farinae, cum partem de tunica accipiant, & boues ipſis ſint in lingua, mutas agunt perſonas & talpis ſunt coeciores. O coniuratos latrones! O priuilegiatos excoriatores! Sed dicis contra haec omnia prudentes Principes Optimos Iuſtitiae cuſtodes grauiſſimas ſanctiones ſtatuiſſe poenales. Enim vero ſcias campanas haud edere poſſe ſonum, ſi aeditui furantur piſtillum. Imo licet interdum, manifeſtatis delictis, mulctae & poenae indicantur, eas tamen raro ſoluunt ex propriis, ſed vel de eo aliquid reddunt, quod iam clientibus exſuxerunt, vel clientes ipſos ad eas ſuſtiendas inducunt. Ita res agitur, ſi mali Aduocati malos Iudices habent Patronos.

§. X.

Viam, quam ſemel iniiſti, ambula, mi rabula nequam? Nonne Religio non pertinet ad Edictum Praetoris? Nonne facilis ad iurandum animus eſt dimidium Victoriae? Nonne tua litium panacaea paucis abſoluitur verbis: Haſt du Geld, kannſt du leugnen, kannſt du zur Noth ſchweren, ſo haben wir gewonnen Spiel. Vae talibus ſacrorum tribunalium profanatoribus, qui pietatem & iurisiurandi religionem tam flocci pendunt atque parui habent, vt ob Tractatio vitii ſexti.

lutum

lutum terrestre non erubescant spernere aurem coelestе, & se suosque Clientes aeternarum periculo flammarum exponere. De Rhadamanto refert PLATO *Libr. XII. de Leg.* simpliciter eum & velocissime iura peregisse, iureiurando in singulis causis a litigantibus exacto. O quam in votis habent mali Aduocati, hic Rhadamantinus procedendi ordo apud nos in praxi vt introducatur; sed vtinam etiam vel gentilium conscientias haberent, qui quam maxime periurii crimine abhorruerunt. Sic adeo magnum Aegyptiis erat periurii scelus, vt inter omnes, quas habebant leges, primam de eo tulissent, quae a DIODOR. SICVL. *Libr. I. Cap. VI.* ita redditur: *periuri morte multantur.* cui simul adiecerunt rationem quod periuri pietatem in Deos violarent, & fidem, maximum societatis humanae vinculum. NICOLAI *in Synedr. Aegypt. Cap. VII. §. I.* Aegyptiis hoc in capite similes fuisse Graecos, ne quis adulteraret verbis, aut periurus fieret grauissima poena dignum aestimantes, quia ipsos sibi Deos infensos redderent, tradit AELIAN. *Var. Histor. Lib. XIV. Cap. II.* & apud Romanos Iouis Horcii lignum in Olympiae curia fuisse, specie maxime formidanda, vtraque manu fulmen tenens, & eius ante pedes visas tabulas aeneas cum incisis elegiis, quibus a periurio deterrebantur, testis est NICOLAI *cit. loc. §. 6.* Non inferioris religionis sunt Persae, qui omnium scelerum pessimum aestimant periurium, adeo, vt si quis alteri aliquid optare velit mali, optet perfidiam. Imo a nonnullis periurium tantum crimen iudicatur, vt credant, poenam in posteros quoque transmitti. GROT. *de Iur. Bell. & Pac. Libr. II. Cap. XIII.*

XIII. §. 1. Quod maximum, Clinias Pythagoricus eius fuit religiositatis, vt trium talentorum litem perdere maluerit, quam iureiurando rem veram affirmare. BASIL. *de Legend. Graecor. Libr.* & ex eo ZIEGL. *in Rabulistica Cap. XXIV. §. 4.* Verum enim vero Rabulae nostri iuramentis, vt pueri pilis, ludunt, & vt eo speciosius clientes ad animose iurandum inclinent, praesto ipsis sunt e vestigio mentales, vti vocantur, reseruationes, a Iesuitis canonisatae. Arbitrantur, linguam esse iuratam, animum esse iniuratum, vt est apud EVRIPID. *in Hippolit. Coron.* Praesertim facile, quod volunt, obtinent, vbi permissum est alterius in animam iurare. Hinc laudo Saxones, qui eiusmodi iuramentum abrogarunt. Imo itidem laudandi, quod proscripserunt iuramentum illud calumniae generale, de quo iam suo tempore cum aliis conquestus est BALDVS *in L. XXIV. de Euict. num. 1.* Istud iuramentum, inquit, hodie non aestimatur vno obulo, quia facti sumus contemtores religionis eius. Vnde puto, quod litigatores nostri temporis potius iurent de calumnia committenda, quam vitanda, & ideo melius esset, quod istud iuramentum ex toto tollatur a iudicio, causa vitandi tot periuria; non obstante, quod hoc iuramentum sit inuentum ob publicam vtilitatem, tamen istud parum curant iurantes, argumento illius dicti per poetam: quid enim saluis infamia nummis? Repetit has communes ICtorum querelas BRVNNEMANN. *ad authent. in isto cum seqq. C. de iureiur. propt. calumn. num. 59.* vbi cum vtilitatem huius iuramenti ostendisset, tandem subiicit. Sed o Iustiniane! quam spe tua est frustratus, iamdiu con-

conquesti sunt ICti, hodie potius de committenda quam fugienda calumnia iurari. Add. STRYK. *de iuram. Melet. II. Cap. II. §. 13. seqq.* OLDENDORP. *Claff. in Action. VII.* & CONSVLT. PRAESES *in Commentar. ad Schoepff. Tit. de Iureiur. num. 103.* Sunt equidem graues in periuria statutae poenae, sed cum ea difficillimae sint probationis, nam de occultis nec Paullus Apostolus, nec Paullus Iuris-Consulus iudicare possunt, istae poenae spernuntur. Et quis metuet poenam raro adplicabilem, qui DEVM καρδιογνώστην, Atheorum more, negare non erubescit.

§. XI.

Tractatio vitii septimi.

Omnium hactenus dictorum fulcra & velamina posita sunt in cauillationibus, defraudationibusue Rabularum gregi vsitatissimis. Adeo his dant operam, vt earum imperitum & illas adplicare nescium haut censeant idoneum dextrumue Aduocatum. Omnem suam in cauillationibus positam arbitrantur artem, denn, vt non nemo dixit, wer Teuffel wollte sonst ein Aduocat seyn; quasi Aduocatorum munus fraudibus absolueretur. Sed quaeris, annon probus aliquando in causa iusta cauillatione vti queat Aduocatus? Paucis ad hanc quaestionem respondebo: Arbitrantur quidem nonnulli Doctores, hoc recte & licite fieri posse, cum calumniam calumnia pellere & artem arte deludere liceat, *Argum. L. XXXI. ff. de Rei Vind.* DECIVS *ad L. LXV. de Reg. Iur.* MYNSING. *Centur. III. Obseruat. VI.* BRONCHORST. *ad L. cit. de R. I.* Sed meo iudicio, potius Christiani officio conuenit, iniuste pati, quam iniuste agere.

Nam

Nam non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Probe tamen a cauillatione ſecernenda eſt prudentia, vt diſtat a dolo malo dolus bonus. conf. FRID. GERDES. *Diſput. de Eurematicis*, von *Juriſtiſchen* Fündgen, *Lipſ. 1717.* Ceterum cauillationum iniuſtarum, queis improbi Vlyſſis Socii vtuntur, enarrare ſpecies, vltra meas eſt vires, cum indies excogitantur nouae vel ad ipſum diabolum omnis fraudis artificem haud raro decipiendum aptae. Hinc PLAVT. *in Aulular.*

Heus tu! noſtra aetas non multum fidei gerit,
Tabulae notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tempus, locumque ſcribit Actuarius,
Tamen inuenitur Rhetor, qui factum neget.

§. XII.

Paucis huc vsque cauſidicorum adduxi vitia, quorum catalogum ſi augere velis, vtinam non poſſes, negotium potius pro me, quam contra, perficies. Nam quotquot eorum excogitabuntur, omnia ſedem potiorem in multitudine Aduocatorum habebunt. Vt enim omnes de Aduocatione maximam partem viuere volunt, non poſſent non varios ad obtinenda vitae ſubſidia modos excogitare, iuſtine an iniuſti ſint, parum conſiderantes. Huic autem cacoëthi vt obuiam eatur, ſalutare, vti iam ſupra innui, ratus ſum, ſi promiſcua poſtulandi licentia coërceatur, certusque proborum Aduocatorum in quolibet iudicio numerus conſtituatur. Hoc de Cur vitia Aduocatorum ſint in horum multitudine quaerenda.

F meo

meo consilio vt eo melius informeris, in sequentibus paullulum dilucidius agam.

§. XIII.

Via ad Aduocatorum multitudinem coercendam.

Imprimis necessarium existimo, publica lege vt sanciatur, ne tanta hominum turba, spretis aliis honestis professionibus, ad studium iurisprudentiae admittatur. Sane hodie, de Theologia aliisque iam taceo, multi parentes foetum adhuc in vtero latentem, vel filium in cunis iacentem, iam studio iuris dicant, vouent atque consecrant, plane ignari, cuius indolis atque capacitatis filiolus sit futurus. Huic praepostero proposito inhaerentes, quasi in magnum reipublicae emolumentum, stramineum saepe caput Musis poliendum obtrudunt, cum tamen scire debeant, non ex quolibet ligno fieri Mercurium. Multi putant, se non posse liberis melius prospicere, quam illos per multos annos in triuiis, gymnasiis & academiis alendo, denn die Feder schwimmt ja allezeit oben. Parent parentum dicto liberi, frequentant scholas, adeunt gymnasia, proficiscuntur in academias. Sed quid multi eorum faciunt ibi? Parentum sudores euaporant, eosque ad paupertatem redactos immunes ad minimum ab oneribus realibus faciunt. Reuertuntur postea curtissima haud raro eruditionis supellectile instructi. Quid consilii capiunt? Si non penitus desperant, eiusmodi ignorantiae satellites inuolant in iudicia, & si alius officii siue clam siue precario, siue recto siue obliquo casu compotes fieri non possunt, rabulas agere incipiunt, munere se fungi credentes satis apto ad

com-

compenſandos nummos in doctrinae annis conſumtos. Vt autem hoc vitae genus proſpere cedat, omni honeſtati, probitati & ingenuitati repudium mittere coguntur. Ita eſt, & haec veritas luce meridiana eſt clarior. Huic malo igitur vt remedium quaeratur, non poteſt non eſſe proficuum, ſi ſaltem optima & ſatis ab eruditis examinatoribus probata ingenia ſacrae Themidos, cultores legantur, nulla habita ratione, cuius ſint ſtatus, conditionis, quarumque diuitiarum. Nam ſi ipſi parentes ſtudiorum ſumtus ſuppeditare non poterunt, publicis ſtipendiis ad alendos pauperes ordinatis rem expediri facile eſt. Subiecta haec ſemel electa Profeſſoribus Doctoribusque rite formanda concredantur, ab iis neceſſaria ſcientia imbuantur, adque omnem diligentiam ſedulo adhibendam inſtigentur, vt, legitimo opere perfecto, illa officiis ad gubernandam rempublicam ſtatis cum emolumento, vtilitate & laude praefici queant.

§. XIV.

Coercitio ipſa reſtricto atque certo Aduocatorum numero conſtituto.

Quodſi nunc ex illis ſubiectis, quorum eruditio probata eſt, nonnulla litium patroni conſtituuntur, hoc ad minimum ſequitur, vt cauſae in iudicium deductae eo melius proponantur, iura ad eas accuratius adplicentur, & hinc iuſtitiae adminiſtratio certior euadat. Vt autem aliis quoque inconuenientibus obex ponatur, neceſſarium erit, vt hic Aduocatorum numerus ex publico aerario ſalaria ad vitam honeſte ſuſtentandam ſufficientia accipiat, atque certa iuriſiurandi formula, ne a clientibus ali-

quid velint accipere, & vt Proceſſus, quam primum fieri poſſit, ſint finitura, membra adſtringantur. Sed dicis, quomodo Fiſco de exſoluendis huiuscemodi ſalariis ſatisfactio praeſtari queat? Reſpondeo, hoc optime fieri poſſe, ſi omnes omnino ſubditi aliquid zu einer Aduocaten-Steuer contribuere debeant; Vel ſi hoc non videatur eſſe e republica, vt litigaturi ante proceſſus conceſſionem certam pecuniae ſummam ſoluant, pro rata poſtea quotannis, ſiue vt Principi placuerit, inter omnes Aduocatos diuidendam. Vt autem aequalitas obtineatur, iudicum erit partium, vt ſingulis Aduocatis negotia in foro ventilanda aſſignent, & eos, quoties neceſſe, ſui muneris commonefaciant. Vt denique ſubſtitutio in membrorum demortuorum locum felicior exiſtat, eo allaborandum eſt, vt ſemper quaedam ad praxin commoda & inclinantia ſubiecta ſtatutis Aduocatis aſſocientur, atque cum iis in fora admittantur, quo poſtea e vita vel alias decedentium, iamiam in praxi enutriti, ſtationem occupare valeant.

§. XV.

Concluſio. Haec de Aduocatis, eorumque numero reſtringendo publice proponere volui. Fateor equidem, me ob ingenii tenuitatem temporisque penuriam materiae huius tractationem pro merito explanare haud potuiſſe; Interim tamen bona ſpe lactor, fore, vt exiguus hicce labor aequi bonique conſulatur, praeſertim, cum prudentiores facile addere queant

queant addenda, & corrigenda corrigere, de quo nunquam non mihi gratulaturum polliceor. Hoc saltem subiicio, quae sincere hucusque monui, haud infauste pleraque ad iudices quoque adplicari posse, vt eo promptior, expeditior, atque securior iustitiae obtineatur administratio.

Tantum

SOLI DEO GLORIA.



COROL-



COROLLARIA.

I.

Carfaniae, de qua mentio fit *in L. I. §. 5. de Postul.* verum nomen videtur esse C. Affrania. ALCIAT. *Parerg. Lib. II. Cap. XXXVII.*

II.

Romani non habuerunt, ne quidem analogam, consistentem in faciendo seruitutem. Germani autem veras faciendi seruitutes agnoscunt.

III.

Zenonianum iuramentum praestat Saxonum iuramento minorationis.

IV.

Solae iustae nuptiae sunt patriae potestatis fundamentum.

V.

Legitimatio Principum Imperii etiam valet extra eorum territoria & regiones.

VI.

Ie iureiurando metu extorto non opus est relaxatione.

VII.

Minima capitis deminutio adhuc hodie est in vsu.

VIII.

Poena fustigationis & relegationis Rebuspublicis non est proficua.

IX.

Vsusfructus in bonis liberorum aduentitiis post mortem patris deuoluitur iure German. in matrem, licet patriam potestatem non habeat.

X.

Constitutio *L. III. in f. ff. Si part hered. pet.* est contra principium *L. III. & seqq. de Legib.*

F I N I S.

